

Das verhältnismässig seltene Wort *structio* bedeutet wie *constructio* den schichtweisen, etagenweisen Aufbau. Passend lässt sich Palladius 12, 22 vergleichen, der mit beiden Ausdrücken abwechselt, wenn er die Zwischenräume in der Schichtung der eingelegten Oliven *spatia structionis* nennt, § 5, nachdem er dafür vorher § 1 *constructio* gebraucht hat.

Diese *structio* ist nun mit den soeben erwähnten Gestellen oder *pegmata* augenscheinlich identisch; *bibliotheca* aber kann bei Cicero ebenso gut die Bücherkammer wie das Gestell bedeuten; vgl. ad fam. 7, 28; de divin. 2, 8. Danach haben die Handwerker also sowohl die Kammer selbst, nämlich das bische Plafond und was etwa von den Wänden sonst frei lag, ausgemalt, als auch besonders das Büchergestell und das, was von den Büchern allein aussen sichtbar war, die Sittybi, bunt gefärbt. Denn in der Bücherkammer stehend, sah man von den Büchern selbst eigentlich nicht viel, sondern nur die *structio* des Fachwerks und dazu an den Rollenköpfen die vorstehenden Sittybi; dies wird uns durch das Relief von Neumagen (Buchrolle S. 247) sehr schön verdeutlicht. Dass das Bretterwerk der Gestelle bemalt wurde, war gewiss angemessen; die Bemalung der Sittybi aber steht auch sonst fest; und das Rot und Orange dieser Zettel war es, das der antiken Bibliothek ihr heiteres Aussehen gab, wie etwa die farbigen und vergoldeten Marroquinbuckrücken der modernen.

Uebrigens redet auch Plinius epist. 4, 28 von Malereien in der Bibliothek: man brachte darin auch Porträts der Autoren in Gemälden an; in welcher Weise, ist freilich nicht sogleich ersichtlich.

Marburg a. L.

Th. Birt.

Coniecturae in Tibullum

I. Lib. I 7, 1—4 (in natalem Messallae, qui modo de Aquitania triumphavit):

Hunc cecinere diem Parcae fatalia nentes

Stamina, non ulli dissoluenda deo:

Hunc fore, Aquitanas posset qui fundere gentes,

Quem tremeret forti milite victus Atax.

Vs. 1. pro *Hunc . . . diem* scribendum *Hoc . . . die*, nam Parcae, ut fabulae docent, die natali heroum solent ad cunas modo natorum futura canere. Sensus est igitur: „Hoc die (i. e. die natali Messallae) cecinerunt Parcae hunc virum fore illum, qui Aquitanos vincere posset.“ Cf. Tibull. IV 5, 3—4 (Sulpicia de Cerintho): „Te nascente novum Parcae cecinere puellis Servitium“; Ovid. Met. VIII 451—455 (de Meleagro): „Stipes erat, quem, cum partus enixa iaceret Thestias, in flammam triplices posuere sorores Staminaque impresso fatalia pollice nentes: Tempora — dixerunt — eadem lignoque tibi, O modo nate, damus“ et Trist. V 3, 9—10 (de Baccho): „Scilicet hanc legem nentes fatalia Parcae Stamina bis genito bis cecinere tibi.“ Pro *Atax*

autem vs. 4. optime restituit Scaliger: *Atur*, qui est fluvius in regione Tarbellorum in Aquitania; *Atax* enim non Aquitaniam, sed provinciam Narbonensem perfluit. Cf. Lucan. I 420—422, ubi manifesta est Tibulli imitatio: „Qui tenet et ripas *Aturi*, qua litore curvo Molliter admissum claudit *Tarbellius* aequor, Signa movet gaudetque amoto *Santonus* hoste“ et Tibull. I 7, 9—10: „*Tarbella* Pyrene testis et Oceani litora *Santonici*“; Auson. 163, 11—12: „in terris, per quas erumpit *Aturrus Tarbellique* furor perstrepat Oceani“ et eiusdem Mosell. 468: „*Tarbellius Aturrus*.“ Ceterum forma *Atur* occurrit apud Vib. Sequ. p. 4, ubi auctor de nominibus fluminum apud poetas occurrentibus scribens, hunc ipsum Tibulli locum respexisse videtur.

II. Lib. I 7, 53—54 (ad Genium Messallae):

Sic venias *hodie*ne: *tibi dem* turis honores,
Liba et Mopsopio dulcia melle feram.

Pro *hodie*ne: *tibi dem* scribendum censeo: *hodie*: *reddam tibi*, ut futurum ponatur pro coniunctivo inepto; cf. Tibull. I 3, 34: „*Reddere*que antiquo menstrua tura Lari.“ Origo corruptelae: *hodiene dam tibi*.

III. Lib. I 8, 35—38 (monita poetae ad Pholoen, puellam a Maratho amatam):

At Venus inveniet puero concumbere furtim,
Dum *tumet* et teneros *conserit* usque sinus,
Et dare anhelanti pugnantibus umida linguis
Oscula et in collo figere dente notam.

Locum ita exhibui in editione Tibulli a me curata (Budapestini, 1905); nunc *tumet* emendo in *tutum* et pro *conserit* scribo cum Heynio *conserere* versumque 36 ita interpungo:

Dum *tutum*, et teneros *conserere* usque sinus.

Sensus totius loci: Venus inveniet puero concumbere, pectora conserere, oscula dare, dente notas figere, dum *tutum* est. Nam Pholoen *canum amatorem* habuisse elucet ex vs. 29: „det munera canus amator“ eamque custoditam fuisse ex vs. 55—56 (verba Marathi ad puellam): „poterat custodia vinci: Ipse dedit cupidis fallere posse deus.“ Origo corruptelae: ex *tutum* et per haplographiam *tumet*, deinde versus explendi gratia *tumet* et factum est.

IV. Lib. I 10, 35—38 (de inferis):

Non seges est infra, non vinea culta, sed audax
Cerberus et Stygiae navita turpis aquae:
Illic *percussisque* genis *ustoque* capillo
Errat ad obscuros pallida turba lacus.

Versum ita exhibet Ambrosianus. Poeta sequitur opinionem vulgi vestigia ignis conspicua esse in umbris mortuorum crematorum; *genae* ponuntur pro caveis oculorum. Tibullum respexit Propert. IV 7, 7—8, de imagine Cynthiae mortuae contrarium dicens: „Eosdem habuit secum, quibus est elata, capillos, Eosdem oculos: lateri vestis adusta fuit.“ Scribendum igitur:

Illic *caustisque* genis *tostoque* capillo.

Cf. Propert. III 12, 26: „*Exustaeque tuae mox, Polypheme, genae*“
et Ovid. Met. II 283: „*ostos en adspice crines.*“

V. Lib. III 1, 9—14:

Lutea sed niveum involvat membrana libellum,
Pumex cui canas tondeat ante comas,
Summaque praetexat *tenuis* fastigia chartae,
Indicet ut nomen littera facta tuum,
Atque inter geminas pingantur cornua frontes:
Sic etenim comptum mittere oportet opus.

Corruptum est *tenuis*, sed loci imitatorum Lygdami certam monstrant nobis emendandi viam. Lygdamum enim imitatur Ovid. Trist. I 1, 3—12, ubi alloquitur exul librum suum luctuosum in urbem mittendum semper contrarium illi dicens, quod Lygdamus de libro suo eleganter ornando dixit: „Vade, sed incultus, qualem decet exulis esse: Infelix habitum temporis huius habe. Nec te purpureo velent vaccinia fucō: Non est conveniens luctibus ille color. Nec *titulus minio* nec cedro charta notetur, Candida nec nigra cornua fronte geras . . . Nec fragili geminae poliantur pumice frontes, Hirsutus sparsis ut videare comis.“ Lygdamum et Ovidium simul imitatur Martial. III 2, 7—11: „Cedro nunc licet ambules perunctus Et frontis gemino decens honore Pictis luxurieris umbilicis, Et te purpura delicata velet, Et *cocco rubeat* superbus *index.*“ Scribamus igitur apud Lygdamum pro adiectivo *tenuis* substantivum *minium*, ubi notandus erit parallelismus subiectorum: membrana involvat, pumex tondeat, minium praetexat librum. *Minium* autem hoc loco significabit schedulam illam superiori orae libri adfixam et ex more antiquorum minio pictam, quae vulgo titulus sive index dicebatur. Titulus igitur miniatus ita praetexit libellum, ut limbus purpureus praetexere solet togam praetextam.

VI. Lib. IV 1, 143—145:

Nec *qua* regna vago Tomyris finivit Araxe,
Impia *vel* saevis celebrans convivia mensis
Ultima vicinus Phoebō tenet arva Padaeus.

Vs. 144. non iungitur apte cum praecedentibus; pro *qua* igitur vs. 143. scribendum videtur *qua aut*, ut *aut — vel*, utrumque a *qua* (vs. 143) pendens, eodem modo iungantur, quo supra vss. 140—142 *vel — vel — aut*:

Nec *qua vel* Nilus *vel* regia lympha Choaspes
Profluit, *aut* rapidus, Cyri dementia, Gyndes
Aret . . .

VII. Lib. IV. 2, 21—24 (de Sulpicia):

Hanc vos, Pierides, festis cantate Kalendis,
Et testudinea Phoebe superbe lyra.

Hoc sollemne sacrum multos *haec sumet* in annos:
Dignior est vestro nulla puella choro.

Vs. 23 *haec sumet* habet fragmentum Cuiacianum, *hoc sumet* Ambrosianus. In editione mea scripsi *huic fumet*, quod nunc quoque probo, sed locum aliter atque ibi explico. *Hoc sollemne*

sacrum enim significat carmina ipsa a Tibullo Sulpiciae sacrata (lib. IV 2—6); *multos huic fumet in annos*, i. e. multos per annos vivant haec carmina puellae pulcherrimae et doctissimae sacrata famamque Sulpiciae sustentent, laudes eius divulgent apud posteros; *dignior est vestro nulla puella choro*, i. e. nulla dignior, quae a choro Musarum carmine celebretur. Carminis laudatorii cum sacrificio comparationem audacius etiam, quam Tibullus, persecutus est Propertius IV 6, 1—8. in exordio carminis laudes Augusti continentis: „*Sacra facit vates; sint ora faventia sacris Et cadat ante meos icta iuvenca focos. Cera Philetæis certet Romana corymbis Et Cyrenaeas urna ministret aquas. Costum molle date et blandi mihi turis honores Terque focum circa laneus orbis eat. Spargite me lymphis carmenque recentibus aris Tibia Mygdoniis libet eburna cadis.*“

Budapestini.

G. Némethy.

Der Titel von Statius' *Silvae*

Eine neue Deutung des Titels *Silvae*, den wir für Lucan und Statius kennen, hat Marie Gothein¹ vorgeschlagen. *Silvae* soll aus der Sprache der Gärtner entlehnt sein, in der es von den Parkanlagen verwendet wird: *silvae* und *ambulationes laeviores* gehören zB. nach Vitr. 6, 5, 2 zu einem vornehmen Stadthaus. Wie man eine Gedichtsammlung als 'Lustwäldchen' bezeichnen kann, bleibt freilich dabei unklar; was ist das *tertium comparationis*?

Die Deutung ist aber unmöglich, weil Statius, wie Vollmer in der Einleitung seiner Ausgabe p. 25 richtig betont, das einzelne Gedicht als *silva* bezeichnet. Das ergibt sich mit Sicherheit aus dem Zitat des Dichters: *in quarto silvarum*. Ebenso hatte schon Vollmer mit Recht betont, dass die Schnelligkeit der Produktion den Anlass zur Benennung der Gedichte gegeben habe. Auf sie ist ja der Dichter besonders stolz, und er spricht dies in den Vorreden der ersten drei Bücher oft und mit Nachdruck aus. Aber im 4. Buche kehrt der Gedanke nicht wieder. Den Grund hat längst Vollmer erkannt. Statius fühlte sich durch eine Äußerung Quintilians getroffen: 10, 3, 17 *diversum est huic eorum vitium qui primo decurrere per materiam stilo quam velocissimo volunt et sequentes calorem atque impetum ex tempore scribunt; hanc silvam vocant. repetunt deinde et componunt² quae effuderant. sed verba emendantur et numeri, manet in rebus temere congestis quae fuit levitas.*

Dass Statius diese Worte auf sich bezogen hat, hat m. E. Vollmer mit Recht betont: der Dichter richtet seine Verteidigung an dieselbe Adresse, an die Quintilians Werk sich wendet. Aber

¹ Rhein. Mus. 63 (1908) p. 475.

² D. h. sie feilen nach den Vorschriften über die σύνθεσις.